

12. Apr<sup>s</sup>

Ex ms. Bibl. Latus: n<sup>o</sup> 244.

Sigismundus Augustus Rex Pol<sup>o</sup>  
Pontifici Maximo

Sta: Nos:

Memoria teneo, qua fuit Sc<sup>o</sup>s v<sup>ra</sup>  
in diuum parentem meum paterna pli:  
ne clementia, seuisse illam proximis  
superioribus annis, ut ei potestatem  
permitteret, quem pro ceteris idoneum  
in hoc Regno iudicasset, eum nominan:  
di in amplissimorum patrum collegium,  
qui Cardinales vocantur, auctoritate S.  
v<sup>ra</sup> cooptandum, quod ei libenter in illius  
gratiam hunc esset honorem delatura.  
Qua potestate sibi concessa certo ille iudi:  
cio suo uti noluit. Ego vero sicut reliqua:  
rum Divi parentis mei facultatum here:  
ditatem crevi, ac regni illius successor de:  
signatus sum: ita hereditatem etiam ami:  
citie cum illius, maxime vero paterna de:  
mentia, qua cum Sc<sup>o</sup>s v<sup>ra</sup> prosecuta est,  
quasi iure meo adire me debere mihi per:  
suadeo: cum presertim studio, et observan:  
tia erga S. v<sup>ram</sup> et sanctam sedem hanc  
neque Divi parenti meo, neque cuiquam  
alij Regum et principum Christianorum seun:  
dus esse velim. Magna itaq; cum spe ac:  
cedo ad S. v<sup>ram</sup>, atq; illi supplico, ut quod  
divo parenti meo beneficium conceperat,  
eo si ille noluit me frui permittat. Nomi:  
nabo enim S. v<sup>ra</sup> virum cum primis ido:  
neum, et in quem hoc ornamentum genus  
contulisse, non modo non penitebit S. v<sup>ram</sup>,  
aurum etiam cum ipsa tum ecclesia omnis  
solidam ex ea re sit olim voluptatem per:  
ceptura

perceptura. Neque enim ipse dignitate hac, quam  
ipso dignitas haec erit ornatior, ac ne diutius  
S. vram suspensam teneam, nomen viri e:  
clam. Est inter Episcopos provincie hujus  
Ramus in Christo pater d. Samuel Episcopus  
Craoviensis et Regni mei Cancellarius, vir  
certe singularis. In quo ita cum doctrina  
certat integritas, neutra ut alteri cede:  
re velle videatur: non facile ut statuere  
quisquam possit doctiorne sit, an melior  
consilio, gravitate moderatione animi,  
splendore, liberalitate, pietate religione, non  
modo superiorem in regno meo neminem  
sed ne parem quidem sibi quengquam ha:  
bet. Itaque quod regnum hoc meum in offi:  
cio, potestateque Sanctae Sedis hujus per:  
stat, ipsius praecipue fit auctoritate:  
qui primus fuit nostro seculo inter Episcopos  
Regni mei, quem non puderet Evangelij.  
Itaque ex superiore saepe loco in Ecclesia de:  
clamat: sana doctrina eos qui contradicunt  
arguit, obsecrat increpat in spiritu levitatis  
Iue omnia tanto fuit auctoritate mayo:  
re quod ad eam Episcoporum formam, quam  
apostolus praescribit accepisse proxime vi:  
detur, ut sit sine crimine non pfractus,  
non iracundus, non vinolentus, non per:  
cussor, non amans litium, non turpis lu:  
cri cupidus, sed hospitabilis, benignus sobrius  
modestus continens, et alijs Episcopo dignis  
virtutibus ornatus. Talem ergo cum sim commen:  
daturus Sctis vrbis etiam atque etiam ab illa peto  
ut commendationis meae rationem habere velit.  
Omnibus officijs atque obsequijs meis beneficium hoc  
S. vrbis pro virili mea per omnem occasionem  
compensare conabor. Vilnae 12. Aprilis.